Fr. Nicolaus de Benavente

Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ S. P. N. S. Francisci: Prædicator et Minister Provincialis Almæ Provinciæ Sancti Didaci Fratrum Discalceatorum in hac Nova-Hispania. Dilecto nobis in Christo Fratri Maximo Antonio Hidalgo Sub Diacono Nostræ Provinciæ Salutem, et Pacem in Domino. &c.

Ut DEBITUS DEO CULTUS IN ECLESIIS nostris eo decentius exhibeatur, Quo magis Ministrorum Idoneorum numerus suppetat, sufficienter proposse procurare, non desistimus, atque inde ad Altiores gradus promoveri eos Satagimus qui in Sacris constituti, se se laudabiliter excercuere. Tibi ergo iam in Sacro Sub-Diaconatus Ordine constituto, ac in eo per annum probè versato Tenore præsentium; Cum Salutaris Obedientiæ merito concedimus, ut proximis quatuor futuris Temporibus, Ad Illmum et Reverendissimum D. D. Antistitem tuum Mexicanum, Sacro Diaconatus Ordine instituendus accedas: Pro quo et etiam pro nobis Deum precari non cessabis. Vale. Datis in h[illegible]tro Sancti Didaci Mexicano Conventu Die vigessima [illegible]sis Maji Anno Dni Millessimo sexcentessimo, nonage[illegible] propria manu, et Maiori Officij nostri sigillo, sign[illegible]que per Secretarium Nostrum rubricatis.

Fr. Nicolaus de Benav[illegible]
Minister Prov[illegible]

Dem[illegible] Nri charissimi
fratris Mtri Provinc[illegible]

Fr. Martinus de Bolivar
Secretarius